

Werk

Titel: Maximu tu Marguniu Episcopu Kuth^{er}on Hymnoi Anakreonteioi

Autor: Margunius, Maximus

Verlag: Praetorius

Ort: Augustae

Jahr: 1601

Kollektion: DigiWunschbuch; Varia

Werk Id: PPN660732017

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN660732017> | LOG_0026

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=660732017>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

HYMNVS CELEBRANS

Dei prouidentiam & beneficia:

scriptus à C. R.

O Dia Prouidentia,
Poli, soliqué conditrix,
Saliqué, rectrix omnium,
Quæ condidit manus Dei:
Latere te nihil potest,
Nulliq; fas te fallere,
Tenebricosarum licet
Fraudum involucris abdito.
Tu, gutta, in imbre quot cadunt,
Cæloq; fulgent sidera,
Nosti, & capilli verticem
Quot nostrū inumbrāt, te haud fugit.
Cuiusq; vitæ immobilis
Statutus abs te limes est:
Hunc transilire terminum
Nulli licet mortalium.
Tu lance iusta ponderans
Cuiusq; fata, præmijs
Gaudere iustos, & facis
Dolere pænis reprobos.

Tu nec mala unquam admitteres,

Ni de malis ipsis quoq̃
Scires bonum detexere,

Malumq̃, vertere in bonum,

Solem diei tu patrem,

Lunamq̃, matrem noctium

Exercitumq̃, siderum

Certis gubernas legibus.

Tu circulum anni, quatuor

Tributum in horas, temperas,

Vt frigus aestum, aestus gelu

Amabili mutet vice.

Campos liquentes aquoris

Vallo coerces litorum

Altosq̃, montes erigens,

Valles profundas deprimis.

Tu gramen agri & lilia

Vestis, & ornas: passeri

Corvoq̃, procuras cibos:

Tu bruta pascis omnia.

Quanto mage humanum tibi

Cordi q̃, cura q̃, est genus,

Ad imaginem factum Dei,

Christi redemptum sanguine?

Creata cuncta tu facis

Servire prompta commodis,

Et vñsibus mortalium:

Hi sunt creandi terminus.

Per te sub huius prodij

Tenellus oras luminis

Materna in alvo debitis

Gestatus infans mensibus.

Per te reatu criminum

Sacri lavacro fluminis

Mundatus, insitusq; sum

Ecclesie ciuis Dei.

Per te parentis optimi

Ope institutis litteris

Studijsq; liberalibus

Et in Deum recta fide.

Per te mihi Christi fide

Aperta celi janua est,

Meumq; nomen à Deo

Vitæ tabellis inditum.

Clam te nec vnus è meo

Cadit capillus vertice:

Per te superstes plurimis

Vivo erutus periculis.

Nec

Nec me sub unda vortice
Absorpsit astus Damonis,
(Vt plurimos) lapsusque me
Periculosus perdidit.

Nec me per oras exteras,
Et nationes diffitas,
Subseffor aggressus via
Vita vel exuit bonis.

Per te mihi felicius
Cessere cuncta & rectius
Votis meis, & spe mea,
Et cogitationibus.

Si quando consilij boni
Inops pependi, & anxius
Tu me expedisti, tu viam
Dux praeivisti ad optimam

Sic qui vehendum se dedit
Vasti per undas aquoris,
Totius ignarus via, hunc
Regit gubernator bonus.

Quisquis, quid ex usu suo.
Factuq; quid sit optimum,
Ignorat, is se det Deo,
Deiq; providentia.

Exorbitantes in viam

Hæc nos reducit, dulcia

Mutans amaris pocula :

Nosq; in crucis schola erudit,

O quid tibi pro tot bonis,

DEVS, rependam? Gratias

Tibi canam, nomen tuum

Pijs celebrans vocibus.

Impar minorq; sum omnibus

Miserationibus tuis.

Benigna me quibus tua

Large beavit dextera.

Tu me nouis honoribus

Insignisti: tu locum

Mihi dedisti congruum, &

Piam dedisti coniugem.

Commune tu votum tori

Iugalis, & spem posterum,

Velut nouellas plantulas,

Dulces dedisti liberos.

Tu me & deinceps protege,

Seruag; seruare omnia,

Mihig; recte consule,

Meisq; natis sis Pater.

O cali-

O calitum Reſtor, tua
Sum fabricatus dextera:
Magiſter optime, hoc opus
Perire ne ſinas tuum.

Da me tibi confidere,
Totum tibi me tradere:
Remitte culpas, regnaq;
Da ſcandere ad caeſtia

S V P P L I C A T I O P R O
frugibus terra, & vel ſerenitate oportuna
vel pluvia tempeſtiua ac ſecunda à
Deo impetranda: concinnata ex
Pſalmis 64. & 104. au-
ctore C. R.

O Qui tuo lucas, Deus,
Sole & bonis & improbis,
Mundumq; totum illuminas,
Et rore & imbre orbem rigas:
Montes ſupernè compluens
Herba atque gramine induis:
Venas repleſ metallicas,
Ius atque pacem vindicas.

Tupa-